



# LECTORI CANDIDO ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ.

**N**Olim ego quenquam in  
hujus libelli lectionem ἀ-  
μύητον plane & imparatum  
ingredi, vel expertem,  
aut mei consilii, aut earum notitia-  
rum & admonitionum, sine quibus  
& fructu carere illa, & Lectorem  
in medio versantem cursu offende-  
re possit. Habet hoc schediasma  
didactici compendii speciem, eoque  
omnino scriptum est animo, ut ti-  
rones haberent, in quo figere pe-  
dem discendo, ad quod identidem  
recurrere, primasque ibi & maxime  
necessarias doctrinae exegeticae re-  
gulas

):( 2

gulas